



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

sessionem suam in pago Metensi cum Salina, quæ vulgo dicitur patella salis, cum omni integritate retineant atque possideant cum terris, domibus, ædisicis, mancipijs, siluis, pratis, pascuis, salinis, Ecclesiis & altariis, habent atq[ue] possideant, & teneant. Hoc quoque auctoritate S. Trinitatis, & inseparabilis unitatis, vite B. Petri Apostoli, coram Rege Clotario, & omnibus plebeis Francorum, scilicet Archiepiscoporum, Episcoporum, Iudicum, & omni populo Christianorum, Romanorum Principum decernimus, ut nullus Regum, Antistitum, Iudicum, terras S. Mariae, & Domini Medardi, siue Ecclesias vel altaria, thelonea, decimas, nonas, banna vel freda exigat, &c. Datum in Ecclesia S. Silvestri quinto Idus Martij anno Dominicæ Incarnationis D. LXII. Edict. X.

Insignem profecto antiquitatem praesertim hoc priuilegium, sed dubito an numerus annorum Christi non sit adiectus per recentiorem manum.

---

## CAPVT. XIII.

Agaunense & Luxoniense monasteria.

**A**gaunense S. Mauritij monasterium Abbatiale, apud Sabados ex Chablais, fundauit B. Sigismundus burgundiæ Rex circa annum 600. ibidem sepultum. Est id sicut ad radices montis D. bernardi.

Est autem S. Mauritius hodie Patronus ac

tutor

tutor Sabandiae: à quo & ordo apud Sabandos Equestris nomen inditit. Fuit is martyrio coronatus circa annum 298. sub Imp. Maximiano, cum esset Thébae legionis caput ac praefectus.

*Luxouium, in Comitatu Burgundiæ.*

Sanctum Columbanum Abbatem anno 602. ex Hibernia in Burgundiam venisse, ibique Theodericò Rege permittente, Lugoniense monasterium inchoasse, tradit Sigebertus in Chronicō.

Pulso postmodum, per Theodericum Regem, è Francia Columbano, B. Eustasius eius discipulus Luxouieni cœnobio summa cum laude præfuit.

Est autem Lugonium hodieque illustre monasterium, eiusdem nominis opido, in Burgundiæ Comitatu inclusum, quod Lugeul vulgo nuncupant. Fuit hoc olim monasterium quoddam quasi Apostolicorum, per Galliam virorum seminarium, ex quo summi illi viri Andomarus Morinensis, Aicharius Nouiomensis ac Tornacensis, Chagnoaldus Lugdunensis, Ragnarius Augustodunensis Episcopi, Bertinus Abbas Sithiensis, aliquæ plurimi prodierunt.

Ab eodem monasterio olim congregatio reformata Luxouienis nomen habuit.

*Bobiense monasterium, in Italia.*

**H**uius auctor fuit S. Columbanus, patria Hibernus, qui & Luxouiense in Burgundia,

Gundia, ut dixi, cœnobium excitauit. De quo  
sic Sigebertus in Chronico:

*S*anctus Columbanus à Theoderico, Regè,  
instinctu Brunichildis auia, expellitur Franciā;  
qui post, relicto Gallo discipulo suo in Alemanniā,  
cœnobium Bobium construxit in Italiā.

Ceterum B. Columbanus paullò pòst Eu-  
stasium, monachūm & discipulum suum, ex  
Italia in Galliam remisit, qui vñā eum S. Vu-  
alerico, B. Columbani pariter discipulo, Lu-  
xouiense monasterium laicis ademit, & mo-  
naстicā ibi disciplinam instaurauit. Con-  
sule Ionam in Vita S. Columbani, & Acta S.  
Vualerici apud Surium.

S. Columbano Anno 622. iuxta Sigeber-  
tum in Chronico, aut anno 615. iuxta  
Baronium, defuncto, succedit in regimine  
bobiensis monasterij Attila.

## CAP V T X I V.

S. Maximini monasterium, extra muros vrbis  
Treuerensis.

**S** Maximi potentiissima vetustissimaque  
Abbatia, extra vrbis Treuericæ Nigram  
vel Martiam portam, in ipso campo Martio,  
à regione cœnobij S. Mariæ ad Martyres, pro-  
pe S. Paulini olim cœnobium, nunc verò Ca-  
nonicorum ſecularium collegium sita, ex